



**R.P. Valerii Reginaldi Bvrgvndi Seqvani E Societ: Iesv,  
Praxis Fori Poenitentialis**

Ad Directionem Confessarii, In Vsv Sacri sui muneris ...

**Regnault, Valère**

**Mogvntiæ, 1617**

Cap. 23. De timore Dei, & vitiis contrariis,

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-78332](#)

inferre sive Deo, sive proximo, sive sibi met. Si enim arbitrio prudentis haec fuerit notabilis, illa censetur peccatum mortale alias, minime. Contingit secundo ex parte obiectum curiositas, cum res scita, occasio est probabilis peccandi; quod peccatum erit mortale, si mortale fuerit illud cuius probabili periculo se quis exponit. Sic qui nouit se prodiuem ad luxuriam, curiose puellas tripudiantes intuetur, aut libros de rebus amatorij curiose legit, peccat mortaliter tamquam exponens se probabili periculo peccati mortalis. Contingit eadem tertio, si sit de rebus quarum cognitione prohibetur; sic enim peccare consentitur qui addiscunt curiosam: prout Act. 19. appellantur: specialiter autem res magicae tanquam plenae superuacancie, curias vanis imaginationibus. Item qui libros prohibitos legunt, aut qui duella vel ludos vetitos spectant: aut ea quae dicuntur in confessione audiuntur absq; confessi peccantur. Peccant autem mortaliter quando sub mortali prohibita est cognitione eorum, que ipsi cognoscere appetunt.

Ex parte porro finis, curiositatem inordinatam esse contingit, cum cognitione appetitur ad perpetrationem peccati: quod si sit mortale, erit etiam illam mortali: ut cum quis appetit defectus alterius cognoscere vt infamet ipsum. Contingit deniq; ex parte circumstantiae: tum quando vteretur quis arte demonum ad comparandam cognitionem: tum quando alium induceret ad peccandum mortaliter: vt si vellet scire ab eo illud quod sub mortali tenetur seruare secretum ratione iuramenti vel ratione penae excommunicationis impositae reuelanti: tum etiam quando sic se occuparet in addiscendis non necessarijs, vt omittet ad implationem praecetti obligantis ipsius sub mortali: quale est de audienda Missa in die festo: aut daret alijs graue scandalum, vt accidere potest. Sacerdoti vacanti studio rerum a suo statu alienarum: & interea ignorans que sunt eiusdem status proprijs. Atque de curiositate huiusmodi sitne peccatum mortale an solummodo veniale, eadem ratione iudicandum est, quae de curiositate primi & secundi modi ante traditum est iudicandum est.

## C A P. XXIII.

## De timore Dei &amp; vitiis contrariis.

## S V M M A R I V M.

- 217 Definition timoris Dei, ac quinq; actus appellati eodem timori Dei nomine.
- 218 Quis dicitur amor mundanus, & quod is sit peccatum mortale in tribus casibus.
- 219 Amor mundanus relictus ex sola intentione actus non efficitur mortali.
- 220 Aliquot casus in quibus ex accidente censetur peccatum mortale.
- 221 Timor malus quid, & quotuplex sit.
- 222 Quando timor, non malus sed bonus, censeri posset.
- 223 Malus, est peccatum mortale in tribus casibus.
- 224 Ex timore malo transversiens praecettum, quod obseruare restatur, aggravat sumum peccatum secus sicut ex alio malo circumstantia.
- 225 Tentatio Dei opponitur diversis virtutibus.
- 226 Quidam est expressa, quedam tacita.
- 227 Quando sit & quando non sit peccatum mortale.
- 228 Duo casus in quibus non est peccatum.
- 229 Prudentia seruanda in petendo miraculum a Deo.

**M**erito prius de timore Dei quam de obedientia dicitur, propter coniunctionem quam habet cum fide & spe primo loco expositis. Nam ex fide ortum habet, sicut & spes, cum qua is conuenit, quod circa futura perfidem proposita, versetur: et si cum hoc discrimine, quod spes fit bonorum quibus homines excitantur ad virtutem; & Dei timor fit malorum quibus recuuntur a peccato. Solet autem timor sumi tripliciter apud Theologos, primo, pro passione consistente in fuga mali futuri, apprehensi sensu vel intellectu: in qua acceptione consideratur a D. Thom a 1. 2. quest. 41. 42. & 43. Deinde pro virtute que est circa Deum, de qua vt ralde-

coniuncta cum spe, D. quoq; Thom. agit 2. 2. qüs. 19. Postremo, pro uno ex donis Spiritus sancti, de quo idem adhuc agit ibidem art. 9. Atq; in presentiarum occurrit considerandus acceptio secunda. Primo vero loco, dicendum est quid sit: indeq; sigillatum de vitiis illi oppositus dicendum: quae sunt amormundanus, timor malus, & tentatio Dei.

De ipso timore Dei.

## S E C T I O . I.

**A**Tque ut ad primum accedamus: Timor Dei definiti potest: virtus qua timetur tum malum presentem, & cum eo Deus, tanquam is a quo ipsum infligi potest: tum etiam malum culpa, & cum eo, tam ipsomet qui timeret, tanquam is a quo principalius, quam alii homines tanquam ijs a quibus minus principalius & occasionaliter, idem malum prouenire potest. Cui definitioni congruerent, quinq; actus distinguuntur eiusdem virtutis, appellati ipso timoris nomine. Primus, dicitur timor criminalis, quo quis timet malum culpam, & simul seipsum quatenus ipse est ille a quo sibi idemmet malum inferri potest. Secundus dicitur seruillus, quo quis (*ad instar seruorum videlicet, qui verberum formid. ne ob. quantur domini s.*) timet peccatum temporaile sive aeternam, a Deo iudice infligendum: eaq; de causa abstinet a culpa, & de ea dolet si commissa sit. Tertius dicitur initialis, quo quis partim ob culpam timet, partim ob peccatum, partim ex amore, seu ex inchoata charitate qua nondum est perfecta, ita ut necrum foras mittat timorem seruilem, quod proprium est perfectae charitatis: dicente D. Ioann. in 1. sua Canonica cap. 4. Perfecta charitas foras mittit timorem. ] Vnde sumptam esse ipsam timoris initialis appellationem habetur ex D. Thoma in cit. qüs. 19. art. 8.

Quartus timor dicitur filialis, quo quis magis timet culpam tanquam Dei communis parentis amantissimi offensam, quam peccatum: ad instar nimurum boni filii, omnino timent patrem disperdere. Quintus dicitur reverentialis, quo quis considerans summum maiestatem Dei & propriam vilitatem horret tanquam summum malum, se copare Deo. Quos omnes esse de bonis consentiunt Catholicci: quodque haeretici nostri temporis id negent de timore seruili Gregorius a Leonio 2. 2. dispiuit, 2. quæst. 2. puncto tertio bene refutat, & damnatur a Concilio Tridentini. scilicet sexta, canone octauo. In quo haerere non est nostri instituti. Eosdem autem timores possunt inter se distinguere, quod timor criminalis pro obiecto habeat propriam imperfectionem & propensionem ad malum: seruillus vero habeat peccatum, & initialis culpam prout separat a Deo, eumq; provocat ad iram, filialis autem habeat culpam, prout est Dei offensa seu iniuria ei illata. Quod attinet ad reverentialem, is non est proprius timor, sed potius pietas & religio erga Deum. Quoniam ut de omnium optimo, & nobis cum beatis communis, intelligi potest illud Psal. 18. Timor Domini sanctus, permanentis in factulum facili.

Porro timorem Dei quoad actum timendi esse in precepto constat de filiali ex verbis Deuteronomij 10. Quid Dominus Deus tuus petit a te, nisi vt timeas Dominum Deum tuum, & ambules in vijs eius & diligas eum, &c.] De seruili vero ex verbis Domini nostri Matthei 10. & Lucce 12. Eum timete, qui postquam occiderit corpus, habet potestatem & corpus & animam perdere in gehennam.] Quorum duorum timorum potissimum ratio habetur in praxi nobis proposita, tanquam annexorum contritioni sacramenti. Nam talis præcepti obligationem effusus sub mortali, patet ex rei quæ praepicit necessitate ad salutem; aperte significata illis verbis Ecclesiastici. Timor Domini expellit peccatum. Nam qui sine timore est non poterit iustificari.] Sicut igitur peccati expulsio ac iustificatione necessaria est ad salutem, ita est & timor, siue quo haec non provenit.

Si queras pro quibus temporibus obliget tale præceptum: ita vt vi illius compellamus ad eliciendum talis timoris actum. Responde detur, quod cum is actus necessarius sit ad exundum a peccato, & ad iustificationem, vt habetur ex verbis scripturarum ante relatis: tunc obligationem illius contingere cum ex præcepto penitentia, tenetur commissa peccata detulsi ad remissionem illorum consequendam; nempe in proba-

bili mortis articulo, aut cum suscipiendum est aut ad ministrandum aliquod Ecclesie sacramentum, prout dictum est suo loco in preced. lib. 5.

Si rufus querat, An homo post obtentam peccatorum veniam & Dei gratiam, teneatur adhuc vi memorari precepti certo tempore elicere actum timoris Dei? Respondeatur quo cum id ipsum preceptum datum sit tanquam remedium ad consequendum peccatorum veniam, difficile esse definire quibus alijs temporibus obliget, quia ijs quibus oportet nos reconciliari Deo, à cuius gratia & amicitia excidimus per peccatum mortale: nisi quid dici possit tunc obligare, quod contergerit quem sic tentari, ut ne succumbat, necesse fit ei actu timoris Dei corroborari.

## De timore mundano.

## S E C T I O N . I I .

218.

**A** Mor mundanus dicitur amor creaturarum securerum temporalium: qui aliquando quidem bonus est & licitus: ut is de quo dicitur Proverb. 29. Qui amat sapientiam testificat patrem suum sed plerique est, malus & illicitus: quoties nimis ordinatus non est secundum recte rationis regulam, nimis usque est, prout D. August. docet libri. 21. De ciuit. Dei cap. 26. Atque aliquando peccatum mortale esse patet per illud Ecclesiastici 10. Nil iniquus est, quam amare pecuniam] & illud 1. Ioannis 2. Nolite diligere mundum, nec ea qua mundi sunt: nam qui diligit mundum, non est charitas patris in eo.] & illud Iacobi 4. Adulterii neficitis quia amicitia huius mundi nimis est Dei.]

Tres autem casus dantur in quibus tale peccatum mortaliter esse contingit. Primus est, quando amor est rei mortaliter illicitus, et amor infortunij proximi, vel vxoris alienae, vel aliarum rerum alienarum, contra charitatem vel iustitiam. Secundus est, quando eti res sicut alioqui licita & honesta, tamen medium mortaliter illicitum, ad eas consequendas usurpatur, ut si quis ob amorem sanitatis conseruanda veteretur illicito concubitu, aut pollutione, aut iejunium ab Ecclesia in dictum violaret temere. Tertius est, cum eiusmodi amor adeo ex crecitate, ut propter eum voleat aliquid preceptum obligans ad mortale: ut si quis ob amorem diuinarum furaretur, aut peieraret. Quibus tribus modis sine finem ultimum constituit in creatura D. Thom. significat. 2. quest. 19. art. 3. cum ait: Amorem mundanus esse, quo quis intitulit mundo tanquam sine. Sed intelligendum est confitui tantum indirecte: nimis quod sic peccans, auertendo se a creatori ad creaturam, hanc preferat illi. Alioquin enim cum id possit de omni peccato mortali similes dicunt, ex ipso D. Thoma & Cas. 1.2. quest. 88. art. 4. & 5. concedendum est, omne peccatum in mortale esse duplex: ut pote habens rationem amoris mundani, praeter suam propriam & specificam. Quod ut absurdum referunt Nauart. in Enchir. prælud. 9. num. 16. addit in confirmationem, quod multi peccent mortaliter cognoscentes se non posse finem ultimum in eo, quod taliter agunt.

Difficilis est autem, num amor mundanus possit adeo intentus esse rei alioqui licita, ut peccatum sit mortale. Quare de differenti Adriani quodlibeto 7. quest. 2. affirmat postea, iuxta illud quod ex D. Hieronymo habetur 32. questio. 4. cap. Origo, his verbis: Adulteri est in Iuam vxore amator ardenter; in aliena quippe vxore omnis amator turpis est, in propria nimis. Sed hec autoritas illud non evincit. Nam responderi potest, D. Hieronymum vello loqui de peccato veniali; vel si loquatur de mortali intelligenti re esse, quando sic diligit vxor ut omnibus alijs rebus preparetur: vel quod probabilitus est quando quis ita accedit ad vxorem, ac si aliena esset & non vxor. Addit quod quando primus intentio gradus veniale tantum malitiam constituit, nec aut 3. aut 4. aut quemcumque aliud, ut pote illi, tamen simile, mortalem constitueret. Quia igitur ex venialibus quantumlibet multis non constituit mortale, quantacunque intensio amoris fuerit, ea non erit de se plausibiliter venialis, ut pote configatur ex multiplicatione graduum, quorum singuli de se tantum sunt malitiae veniales.

Ex accidenti tamen mortaliter esse potest in his casibus. Primus est, quando quis ob talem amorem exponit se certo probabilem periculum alicuius peccati mortalis: ut si quis ob ni-

mum amorem diuinarum, vel liberorum aut amicorum exponeat se tali periculo: puta infrendi alicui grauem iniuriam: aut negandi fidem vel prolambendi in heresim. Hinc Apostolus 1. ad Timoth. 6. Qui volunt disites fieri, incident in temptationem & laqueum diaboli, desideria multa nocua, quae mergunt hominem in infernum. Secundus casus est, quando quis ob eundem amorem negligit praeflare ea ad quae ex officio tenetur sub mortali: ut audire sacrum vel recitare horas canonicas attente & deute. Tertius est, cum quis est paratus animo, habeat formale propositum peccandi mortaliter potius, quam amittere rei amaritatem: ut si quis ita sit affectus ad diuitias, sanitatem, vitam, &c. ut malit peccare mortaliter, quam talia perdere. Quartus casus est, quando creatura etiam de se bona appetitiva plus aut tantum diligatur, quam Deus: ut contingit ei qui sic diligit creature, quam aliquam, vel paratus sit transgredi potius Dei iudicata omnia, quam ab ea separari, quod proprio est finem ultimum in creatura constitutum: & scelus nefandum, tanquam diuina manifestatio enormiter iniuriosum.

## De timore mali.

## S E C T I O N . I I I .

**T**timor malus est, quo timetur id quod timeri non debet: & ex objecto diuiditur in vanum, humanum, & mundanum. Quorum vanus, est timor amitteri fauorem hominum: qui etiam dicitur amor seculi. Humanus timor vero, est nocturni corporalis vel mortis. Mundanus demum timor, est amissionis bonorum, vel per pessimis danni aliquis temporis.

Quanquam n. gaudium non est, quia possit quilibet eorum bonus esse, tanquam ordinatus secundum recte rationis regulam, cum homini naturale sit timere homines, & aucturam fauoris atque gratiae ipsorum: itenq; timere infi- nitionem corporis & mortem; ac deum timere afflictionem & iacturam bonorum. Et certe cum Iudeus iniquus Lice 18. ex eo reprehendatur, quod nec Deum timeret nec hominem reuerteretur, conseqüens est licitum aliquando esse homines reuerteri, & culpabile esse non reuerteri eos, prout exegit existens in eis bonum sive gratia, sive virtus, sive alterius perfectionis: Imo naturalis imaginis ac similitudinis Dei, illis a Deo ipso imprefit. Itaque timerit sive vanus sive humanus, sive mundanus, tunc malus ac peccatum conferi debet, cum inordinatus nimis fuerit: quod tunc maxime contingit, cum aduersatur Deo. In quo casu oportet sollicitate illum cauere, exemplum Elisei qui Ecclesiastici 4. 8. iudicatur, quod in diebus suis, non pertimeret Principem.

In tribus autem casibus timor malus, peccatum est mortale: quorum primus est, quando huiusmodi timore transgreditur quis preceptum diuinum aut Ecclesiasticum obligans ad peccatum mortale: ut si quis ob aliquem eiusmodi timorem, negaret fidem, aut ediceret cibos vetitos in ignorantiam Christianae religionis, aut in grade allorum scandalum. Secundus est, quando ob huiusmodi timore paratus est quis transgredi quodcumque mandatum obligans ad mortale, licet nullum ipsorum transgredatur: ut si quis transiens per terras hereticorum para usus eadem que illi facere: ut immunitis sit ab ipsorum manibus & pericula evadat: etiamque nihil talium que sub mortali prohibita sint, faciat. Tertius casus est, quando huiusmodi timore magis timerit detrimentum quodcumque, quam preceptu transgressio qua mortaliter peccatur: ut si quis magis timerat penas inferni: mortem aut amissionem bonorum, quam transgredi preceptum quod sub mortali feruntur teneret.

Porro quando timor est se malus, transgredio precepti ex eo proueniens aggrauatur per illius malitiam. Exemplum est, si quis timeret amittere rem alienam quam iniuste possideret, ac ob eum timorem peieraret: vel si timeret amittere etiunam; & ex eo timore furaretur ad eam apud se retinendam. Ceterius præter bonum & malum timorem datur quidam in differens, nempe naturalis ille, quo malum seu

nociuum naturaliter timeret, & proprio dicitur timi-  
ditas: de qua dicere, nihil refert ad no-  
strum institutum.

De ten-

221.

222.

223.

224.

## De tentatione Dei.

## SECTIO IV.

225.

**N**O tandem est tentationem Dei peccatum esse, non tam  
rum oppositum timori Dei, sed etiam alijs virtutibus:  
puta religioni, fidei, spei & simplicitati ducet tamen ratio-  
ne. Timori enim Dei opponitur, ut est nimia quædam & im-  
pudens audacia. Religioni vero, quatenus est Dei irreueren-  
tia; & fidei quatenus prouenit ex incredulitate, spei porro  
quatenus est temeraria quædam præsumptio; simplicitati de-  
num, quatenus est nimia quædam curiositas. Igitur tentatio  
Dei, de qua hie sermo est (& de qua cum D. Thoma 2. 2. qu.  
27. agnunt tum ipsius interpres, tum Summarij in verbo  
Tentare, tum etiam tractantes de peccato contra istud præ-  
ceptum v. Navarrus in Enchir. cap. 11. num. 40. & 41. & alij  
satis obuij, definiri potest vitium quo aliquis dicit vel facit;  
aut dicere vel facere vult aliquid ad capiendum sibi, vel pre-  
bendum alij experimentum de aliquo attributo seu perfe-  
ctione Dei: nimurum de ipsius potentia, sapientia, scientia,  
prudentia, bonitate, voluntate, patientia, &c. Quia descri-  
ptione significatur, quod Deus ab hominibus possit dupli-  
citer tentari: uno modo, cum illi volunt sibi explorare, an  
perfectione aliqua sit in Deo: altero modo, cum idem alij  
explorare volunt. Tentat quoque Deus hominem, non  
quidem inducendo ad malum sicut diabolus, quia id repug-  
nat illi, qui ideo intentator malorum dicitur à D. Iacob. in sua Epis.  
cap. 1. sed ostendendo alij seu parefaciendo vir utem, perfe-  
ctionemque ipsius. Sic dicitur tentatio Abraham Genef.  
cap. 22. itemq. lobum & Tobiam, prout habetur ex corum  
historijs.

226.

Porro Deus à nobis tentari potest; tum expresse, vt cum  
aliquid directa intentione dicimus aut facimus eo fine, vt  
exploremus vtrum ipse possit aut velit aliquid facere: vt si  
quis petat miraculum fieri pro se vel pro alio. Quo pertinet  
purgationes vulgares solite fieri fieri cidenter vel aqua fer-  
uent, quas saeculi canones reprobant, vthabetur notatum 2.  
quæst. quinta, cap. Confutisti: pertinent & duella repri-  
bata ibidem cap. Monachiam, & in capit. 1. & 2. De purga-  
tione vulgari, & in Concil. Trid. sess. 25. cap. 19. De reforma.  
Pertinent nonnulla alia de quibus Thom. Sanchez alij circa-  
tis in opere moralib. 2. cap. 34. à num. 6. Tum etiam tacite:  
vt cum quis talen finem non proponit quidem sibi, tamen  
id quod facere conatur, eiusmodi est, vt fieri non possit, eo  
salem modo, fine miraculo, seu fine supernaturali Dei virtute:  
vt si quis vellere sine vlo cibo vel bene docere aut co-  
cionari, fine vlo studio: sanitatem recuperare in gravi mor-  
bo, sine vlo remedio: traijere latum fluum sine nauicu-  
la, aut arte natandi.

227.

Atque nonnunquam tentatio Dei est peccatum mortale,  
nonnunquam solummodo veniale, nonnunquam etiam  
nullum peccatum. Nam in tribus casibus peccatum est mortale,  
prohibitum illis verbis Deut. 6. & Matth. 4. Non ten-  
tabis Dominum Deum tuum. Primus casus est, quando ex-  
presse tentat diuina potentia vel scientia, id est, quando  
quis expresse aliquid facit, vt experientiam capit de diuina  
potentia vel scientia. Nam præterquam quod, id est contra  
reuerentiam quæ Deo debetur, & nimis magna curiositas,  
est etiam species infidelitatis, cum talis ex parte dubitet, An  
Deus aliquid possit vel sciat. Hoc modo videtur diabolus  
tentatio Christum Matth. 4. in prima tentatione, Dic vt lapi-  
des isti panes fiant, & in tercia, Hæc omnia tibi dabo si cadés  
adoraueris me. In illa enim voluit explorare Christi poten-  
tiam, & in hac scientiam.

Secundus casus est, quando expresse tentatur voluntas  
Dei, hoc est, quando quis facit aliquid vt exploret an Deus  
velit aliquid facere, neque adeat explorandi necessitas: sive  
ex parte finis, neque ex parte medij. Ex parte finis quidem  
vt cum talis exploratio necessaria non est ad propriam vel  
alienam salutem, aut ad Dei voluntatem implendam: nec  
admodum conueniens est ad aliquid commune bonum. Ex  
parte medij vero, vt quando media ordinaria à Deo instru-  
ta non omnino defunt. Qua ratione diabolus tentauit Christū  
in secunda tentatione: cum voluit vt mitteret se deorsum  
cum posset per gradus descendere. Merito vero talis tenta-

tio peccatum mortale censetur, tum ob notabilem Dei ir-  
reuerentiam: tum ob quandam temerariam præsumptio-  
nem quam includit.

Tertius casus est, cum quis ex curiositate videndi insolita  
petit à Deo miraculum. Nam id quoq; est notabiliter contra  
reuerentiam Deo debitam: quia in eo agitur cum illo vt  
cum ludione & curiosorum saepe. De hoc quid diuersi  
sentiant refert Sanchez in opere Morali lib. 2. cap. 34. num. 5.  
sed ratio allat illum sufficienter confirmat. Cum autem Dei  
tentatio fuerit tacita (tunc contingens vt D. Thoma 2. 2.  
quæst. 9. art. 1. declarat, cum neglectis modis à diuina pro-  
videntia constitutis, aliquid agitur expectato effectu a solo  
Deo sine necessitate aut virilate) peccatum est tantum ve-  
niale, vt Caietan. & Armilla notant in verbo Tentare, cum quis  
simpliciter vel in consideratione non cras, negligit re-  
medii humanae: presentim autem si id faciat ex magna spe  
quam concepit de diuina bonitate. Per accidens nihilominus  
talis quoq; tentatio potest peccatum esse mortale: scilicet  
cum quis graue detrimentum, quod prævidere potuit  
& debuit, sibi aut alteri per eam infert.

Denique duo sunt casus in quibus nullum peccatum, immo  
licitum sanctum; est tentare Deum. Prior, quando Deus  
extraordinario modo per revelationem, seu interiorem in-  
spirationem, aut per Prophetam loquitur, si aliqua noue pro-  
ponat, edenda. Nam tunc bona es explorare an vel Deus  
sit qui loquitur: & ita Abraham tentauit Deum Gen. 15., dicen-  
tis, Domine Deus meus vnde fac possum quod possum? rur-  
sus sim eam? Tentauit etiam Gedeon Iudic. 6. cap. per vel-  
lus positum in area, uno die plenū rore, & altero die siccum.  
Tentauit quoq; Ezech. 4. Reg. cap. 20. per regresum umbra  
decem gradibus. Et pater ipsius Achaz grauite peccauit,  
quod in credulitate Propheta verbis, Deum tentare noluerit  
ex cap. 7. Esaiæ vers. 12.

Posterior casus est, quando necessitas exigit aut pia utili-  
tas, ex D. Thoma 2. 2. quæst. 9. art. 2. habet. Censetur autem  
necessitas exigere, quando nullum aliud superest reme-  
diū humanū iuxta illud 2. Paral. 20. Cum ignoremus quid  
agere debeamus, hoc solum habemus residui, vt oculos no-  
stros dirigamus ad te.] Pia utilitas vero, quando ex opere  
extraordinario & supernaturali speratur conuersio multo-  
rum ad fidem. Qua ratione Apostoli A. & 4. petierunt à Deo  
miracula fieri per nomen Christi: vt scilicet virtus illius ma-  
nifestaretur ad fidem confirmationem, & infidem conuer-  
sionem. Et libro tertio Regum cap. 18. Elias obtinuit à  
Deo descensum ignis de celo in suum holocaustum, pre-  
tatus eū his verbis. Exaudi Domine, exaudi Domine, vt discat  
populus iste quia tu es dominus Deus, & conuertisti cor  
eum. Verutamen in tali re opus est magna prudens: quia  
nullus debet facile miracula vel prodigia attentare, nisi ex di-  
uina revelatione vel interiori, eq; fortis, impulsu Spiritus  
sancti; cuius cooperatione à nobis perfici potest aliquid per-  
fectius, quam nostra ars & industria ferat, quemad. D. Thoma  
mas 2. 2. quæst. 17. art. 1. ad 1. declarat.

Ceterum ad talē prudentiā pertinet maxime summi-  
fio animi, per quam homo fidem & petitionem suam non  
determinat ad aliquod signum particulare: quia talis modus  
petendi temerarius est, & contra subordinationem Deo  
debitam: sed solum petat vt necessitatibus occurrenti misericorditer  
prouideat secundum dispositionē diuinæ suæ prouiden-  
tiae. Cuiusmodi conditionem talis petitio debet semper  
habere coniunctā: aliquo enim censetur tentatio Dei,  
per quam irreuerenter illi certum quid præscriberetur tan-  
quam signum unicum manifestatum suæ voluntatis aut  
potentie vel scientie suæ diuinæ. Sic itaq; procedendum est  
in eiusmodi negotio; vt credendo firmiter Dei infinitam  
potentiam & prouidentiam paternam, totum committamus  
suæ sanctissimæ voluntati: imitatione trium puerorum, qui  
ex cap. 2. Danielis, regi Nabuchodonosor dixerunt: Ecce  
Deus noster, quem colimus, potest cripare nos de camino  
ignis ardenti & de manu tua ḥ rex liberare. Quod si nolue-  
rit, notum sit tibi ḥ rex, quia deos tuos non colimus, &c.]  
Quod si aliquando Sancti aliqui legantur certum signum  
publicum petuisse ad confundendos hereticos, credendum est  
id non fecisse ab eq; speciali Spiritus sancti impulsu: cum tam  
excellens & supernaturalis sit talis petitio, vt videatur non  
posse

228.

229.

posse recte fieri sine speciali Dei monitione, quemadmodum notat Suarez in opere de religione tract. 3. lib. 1. cap. 2. num. 13. in quo cap. & in sequenti tertio persequitur de hac re quae sunt spe. rationis scholasticæ.

## CAP. VLTIMVM.

## De obedientia &amp; inobedientia.

## SUMMARIUM.

- 230 Definitio obedientiae specialis cum explicatione rationis, qua distinguuntur ab obedientia generali.  
 231 Inobedientia quedam est generalis, & quedam specialis, ac virtus, differentia.  
 232 Deo obediendum est in omnibus.  
 233 Quatenus obediendum homini, qui superior noster est.  
 234 Dubium subdit non liberat cum ab obligatione obediendi.  
 235 Deus potest de omnibus praeceptum dare, non item homo.  
 236 Non est obligatio obediendi in eo, quod constat peccatum esse, etiam tanquam veniale.  
 237 Hoc Superiori mthori obediendum non est, contra praeceptum maioris, nec cum scando proximi.  
 238 Ut obligari sit obediendi, voluntas Superioris debet exterius expressa esse mandato.  
 239 In quibus rebus sit obediendi obligatio; & cum aequalis diversa precipiunt, quid agendum.  
 240 Inobedientia specialis aperienda est in confessione, non item generalis.  
 241 Inobedientia specialis diversi modi; & quatenus iuxta exprimitur, beat in confessione.

230. **V**ltima virtus earum, quæ ad primum Decalogi præceptum pertinent, est obedientia: de qua D. Thom. 2. quæst. 10. 4. & Suhmista in verbo Obedientia. Ea vero definitio potest: virtus quæ facit hominem promptum ad implementum Superioris mandatum, ut mandatum est. Vbi aduertere Superioris mandatum impleri dupliciter: primo materialiter; tempore faciendo simpliciter quod Superior ipse inungit. Secundo formaliter; nempe idem faciendo ex motu, quod à Superiori mandatum est. Quorum modorum priore, constitutur generalis obedientia; complectens sub se omnes virtutes, quatenus per eas implementum Dei & aliorum Superiorum nostrorum mandata: ut per fidem, mandatum de credendo: per spem, de sperando: per charitatem, de diligendo per iustitiam, de non inferenda proximo iniuria, & sic de reliquis. Posteriore modo vero, constitutur obedientia prout est specialis virtus ab alijs distincta: cuius munus est ut homo, tum illa quæ ceterarum virtutum sunt, tum alia de se indifferentia velit facere hoc nomine, quod sicut à Deo, aut ab alio suo Superiori mandata: ita ut facere aliqua, siue ad alias virtutes pertinente, siue nullius virtutis, sed indifferentia de se sunt, non spectet ad obedientiam: nisi eo intuitu facias, quod sicut à Superiori mandata: Vnde in tradita definitione ut propria est specialis obedientia: addita est illa reduplicatio ut mandatum est.

Sicut autem obedientia ita inobedientia quædam est materialis ac generalis; & quædam formalis & specialis. Nam dupliciter potest quis esse inobedientis: uno modo materialiter, quando scilicet simpliciter negligit facere ea quæ præcipiuntur: sicutq; constitutur generalis inobedientia complectens in se omnia virtus, quibus contra Superiorum mandata peccatur. Quod peccatum in re leui veniale est; in graui autem mortale, non tamen dilucrum ab alijs: sed idem cum vnoquoque eorum quæ per perpetrant singulorum præceptorum transgressione. Altero modo potest quis inobedientis esse formaliter; ut censetur esse quando non præstat illud quod à Superiori mandatum est, quia non vult mandato ipsius subesse; & ita constitutur inobedientia formalis: quæ est speciale virtus, distinctum ab alijs, & oppositum obedientia formalis; semperque censetur esse grauiusimum peccatum mortale, cum semper habeat annexum formalem & expressum Dei contemptum in mandatis ipsius: aut in mandatis aliorum Superiorum, qui ab ipso autoritatem habent iuxta illud Lucae cap. 10. Qui vos audit, me audit; & qui vos

spernit, me spernit.] Item illud ad Rom. 13. Qui potest tati resistit, Dei ordinationi resistit. Vnde ea solet quoq; dici inobedientia ex contemptu: indeque peccatum esse mortale constat per postrem regulam eam quas tradidimus in precedenti lib. 3. cap. 7. De eadem autem differunt plenius D. Thom. & Caiet. 1. 2. quæstio. 10. 5. & Summularij in verbo Obedientia, atq; alij qui tractationem instituunt de peccatis capitalibus eam facientes superbie filiam. Sed sufficit ut ad damus al. quod documenta utilia ad cognoscendum in quibus teneamus vel non tenemus ex obligatione obediens nostris Superioribus. Alia vero quæ magis propria sunt speculationis scholasticæ, quam nostri instituti, ei qui nos volet suppeditabit Leonar. Lessius De iust. & iure libr. 2. cap. 4. 6. dubit. 4. 5. & 6.

Primum igitur documentum est: In omnibus obediendum est Deo. Nam impossibile est aliquid iniquum à Deo præcipi: cum aliquid ex ipso bonum sit, quod cadat sub diuinam voluntatem, quæ est prima rectitudinis regula: neq; de hoc quisquam dubitat.

Secundum est: Subditum tenet homini Superiori suo, obediere in ijs omnibus & solis, de quibus non constat euidenter, quod sint contra præceptum Dei aut alterius Superioris, eo quipræceptum dat maioris, & cui obediendum sit; vel certe quod sint talia, quæ excedunt limites potestatis, & auctoritatis in subdito ipsum. Hoc D. Thom. in cit. quæst. 10. art. 5. tangit. Et confirmatur: quia quod in omnibus iis, subditus tenetur suo Superiori obediere, conslat aperte per Christi mandatum Matth. 23. Omnia quæcunq; dixerint vobis, seruare, & facite. Quod solis vero; quia id ipsum Christi mandatum, & quodvis simile (quale est illud ad Coloss. 3. Filii obediunt parentibus, per omnia) sic intelligendum est, ut retineatur illud A&t. 5. Obediere oportet Deo magis quam hominibus. Quo quidem significatur non esse obediendum in ijs quæ constat esse contra voluntatem Superioris preminentioris.

Aduerendum autem est circa hoc documentum: ut subditus obediens teneatur, non esse necessarium ut videat intelligatq; bonum esse, & intra limites auctoritatis sui Superioris continenter illud, quod sibi præcipitur; sed sufficere, ut non sciat euidenter illud esse malum, aut continenter intra dictos limites. Nec enim ad officium ipsius pertinet tale quid inquirere: sed potius, ut motus sola auctoritate Superioris sui, persuadeat sibi bonum expedientque esse facere id quod præcipitur: etiamsi non videat quare & quo modo bonum expediensque sit. Quia in re continua obedientia cæsa in spirituali vita tantopere commendata. Pro quæ aliquot Sanctorum Patrum auctoritates adferunt Gregor. à Valen. 2. 2. disputation. 7. quæstio. 3. puncto 2. Pro cæsa facili illud ad Hebreos 13. Obedite præpositis vestris & subiacete eis: ipsi enim pernigilant, tanquam rationem pro animabus vestris reddituri. Quibus verbis Apostolus indicat ad Superiores maxime impetrare, ut pernigilant seu videant quid nos agere expediat, bonumque sit: tanquam iij qui in die iudicij reddituri sunt pro nobis rationem de ijs, quæ ex ipsorum præscripto fecerimus.

Tertium documentum est: Subditi dubium de eo quod præcipitur, an sit malum, aut extra limites auctoritatis, quæ præcipiens habet in ipsum, non impedit quoniam illi teneatur obediens. Ratio est, quia ipse potest dubium deporre, persuadendo sibi rectum esse præceptum Superioris: quodquidem non constat ei euidenter de contrario: nihilque obstat, quin statim possumus se non peccare, imo potius se teneri causa ere obligationi obediendi, quam illud imponit: cum luxa precedens documentum, Superior habeat ius imperandi omne id quod malum esse, aut extra limites auctoritatis ipsius esse non constat euidenter: atque in casu dubi, melior sit conditio Superioris tanquam constituti in possessione sua auctoritatis: ipsæq; existimari debet recte præcepisse, quamdiu non constat de contrario, iuxta capit. Quid culpatur. 2. 3. quæst. 1.

Quartum documentum est: Nihil esse extra limites diuinæ auctoritatis & prouidentiarum: ideoque simpliciter in omnibus obediendum est Deo. Extra limites vero humanæ auctoritatis generaliter esse (quod recte explicat D. Thom. in eadem quæst. 10. 4. art. 5.) tum ea quæ sunt contra Su-

perioris

232.

233.

234.

235.